

His octauam samius licaon adiunxit. atq(ue) inter paramesen quae etiam trite d(icitu)r & paraneten. neruum medium coaptauit. ut ipse tertius esset a nete. & paramese quide(m) uocata e(st) sola quae post mediu(m) collocabat(ur) trite su(o) [gentiuus] nomen p(er)didit [paramese] postea qua(m) int(er) ea(m) atq(ue) paraneten. tertius a nete locatus e(st) neruus. qui digne tritesnom(en) exciperet. ut sit octacordum secundum lichaonis additionem hoc;



In superiorib(us) igit(ur) duab(us) dispositionib(us) eptacordi & octacordi. Eptacordum quidem dicit(ur) sinemmenon quod e(st) coniunctum. Octacordu(m) uero diezeugmenon q(uo)d est disiunctu(m). In eptacordo enim e(st) unu(m) tethracordium. hypate. parhypate. licanos. mese. Aliudu(er)o mese. paramese. paranete. nete. Dum mesen [tetracordi] ueru(m) secunda numeramus. atq(ue) ideo duo tetracorda. per mesen coniunguntur. In octacordo uero. q(uonia)m octo sunt corde. superiores quattuor id e(st) hypate. parhypate. licanos. mese. unu(m) tetracordu(m) explent. A b hoc uero disiunctum atq(ue) integru(m) inchoat a parte mese. Procredit(ur) q(ue) p(er) triten. & paraneten. & finit in neten. Et est disiunctio quae uocatur diezeuxis. Tonis que e(st) distantia. meses & parameses; Hic igitur mese. tantum quidem nom(en) obtinuit non enim e(st) media positione. quia in octacordo duae quidem semp(er) mediae reperiunt(ur). sed una media non potest inueniri. Prophrastus aut(em) periothes. ad grauiorem parte(m). unam addidit corda(m). ut faceret totu(m) ennea cordium. Quae q(uonia)m sup(er) hypaten. est addita. hyp(er)hypate est nuncupata. Quae prius quidem. dum p(ro)tione cordaru(m) tantu(m) ex cythara. hyp(er)hypate uocabat(ur). Hunc aute(m) licanos hypaton d(icitu)r aliis sup(er) additis. in quo ordine atq(ue) instructione q(uonia)m ad indice(m) digitum uenit. Lichanos appellata est. sed hoc posterius apparebit. Hunc uero ordo sese. ennea cordi sic habet.